

Tercia etas mudi

Moyses post tres mēses egressionis. ascendēs in montē synai: ubi quadraginta dieb⁹ et noctib⁹ ieiunans legē dñi meruit accipere. Adāuit dñs ei qd faceret Archas de lignis sethim. Que sunt impu-
 tribilia: Cui⁹ lōgitudō esset duoz cubitoz cū dimidio. Latitudo vero vni⁹ cū dimidio. ⁊ similiter al-
 titudo. Et tota intus ⁊ foris coopta auro mūdissimo. ac supra corona aurea: Et p̄piciatoriū aureū siue tabu-
 lam aureā eiusdē latitudinis ⁊ lōgitudinis cui⁹ est archa. vt archā tegere sufficeret. Erat autē sursum erectum
 eminēs arche sicut cooperculū. qd dicebat^r oraculū: Per vtrūq; latus lōgitudis erat bini circuli aurei totū
 lignū penetrātes. ⁊ p̄ eos vectes de lignis sethim de aurati mittebant. Quib⁹ archa ferrebat. nec vnq; extra
 bebant: Extrag; vero pte oraculi. scz in duob⁹ angulis anteriorib⁹ positi sunt duo cherubin aurei. vn⁹ al-
 terum respiciebat. versis tamē vultib⁹ in propiciatoriū: duabus q; alis expansis. ⁊ mutuo se tangētibus ve-
 labant oraculū. alas ex opposito extēdebant. Et hec habebant in scā scōrum: In archa autē posita fuerunt
 vna aurea māna hñs: Virga Aaron: et due tabule decalogi. Cū ea in plano nō adeo p̄fecte figurari poterit
 Imaginatio inspiciētis cetera suppleat.

Figura Arche ⁊ p̄piciatoriū scdm Rabi salomonē.

Figura Arche scdm doctores catholicos.




Figura arche ⁊ p̄piciatoriū
scdm Rabi salomonē

Figura arche ⁊ p̄piciatoriū
scdm doctores catholicos

Simili modo ait dñs ad Moysi. facies mēsani de lignis sethim aureis lamibus cooptas. hñs quattuor
 pedes: In singlis vero pedib⁹ erat anul⁹ aure⁹: In anulis vero vectes aurati. quib⁹ ferebat^r mēsa
 Erat autē labiū in ea p̄ circuitū sicut in archa: ⁊ labio affixa erat aurea corona alta digitis quattuor:
 Ita qd medietas sup mēsā eminebat. ne supposita caderēt. Altera medietas inferi⁹ ad decorē pēdebat. Et
 ponebant^r sup eas duodecim panes azimi: Seni altrinsecus: Et singulis supponebant^r patena aurea cū thu-
 re. Josephus vero scribit phialas aureas suppositas plenas thure: In diluculo sabbathi recētes ⁊ calidi im-
 ponebant^r: Qui immoti manebāt in sabbathū sequēs. Sublatos vero soli sacerdotes comēdebāt: Ideo sacer-
 dotes dicebant^r. vt sacerdotes formarēt coquerēt ponerēt in mēsa ⁊ tollerēt. licet nō obseruarūt: Diceban-
 tur quoq; panes p̄positiōis. Quia positi erāt coram dño in memoriā sempiternā. xii. tribuū filioz israel.

